



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CXVI. Ejusdem praeceptum pro Ecclesia Gerundensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

confirmando unimus, abstrahere ab eisdem Ecclesie potestate audeat vel quolibet occasione obtentu violare ullo modo presumat; sed liceat rectoribus iamdudum matris Ecclesie sancte crucis in usus fratrum eisdem res quiete tenere & nemine inquietante perpetualiter possidere. Et ut hæc nostræ confirmationis atque restitutionis auctoritas plenior in Dei nomine per subsequenda tempora obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione iussimus assignari. Actum apud villam Petrasfctam anno 1111. regni Karolomanni gloriosissimi Regis, in mense Maio, Indictione xiv. Arbertus Notarius ad vicem Vvlfardi recognovit.

CXVI.

Eiusdem præceptum pro Ecclesia Gerundensi.

An. 881.
Ex chartulario Ecclesie Gerundensis.

IN nomine Domini Dei æterni & salvatoris nostri Iesu Christi. Karolomannus gratia Dei Rex. Si sacrorum locorum divino cultui mancipatorum Deoque in eis famulantium necessitatibus opem ferimus, regie celsitudinis morem exerceamus, ac per hoc ad æternam beatitudinem facilius pervenire omnimodis confidimus. Itaque notum sit omnibus sancte Dei Ecclesie fidelibus & nostris præsentibus scilicet & futuris quia venerabilis vir Theotarius Gerundensis Ecclesie Episcopus nostram adiens celsitudinem petiit ut memoratam sedem cum villis & hominibus à Domino & genitore nostro Ludovico aliisque devotis hominibus eidem sedi collatis, quas nunc possidere dinoscitur, id est, in pago Emporitano villam nuncupatam Olianum cum suis terminis, & villam vocatam Catavianum ad villarem antiquum, cum villa nova quam vocant Villosos & cum castro sub quoque termino, & in pago Gerundense medietatem de villa Molleto & Milliarium villam, ceteraque res quas à longo tempore inibi possidere dinoscitur, simul cum tertia parte de pascuario & teloneo de ipso pago, aliasque villas quarum vocabula sunt Castellum fractum, & Parietes Rossini, cum tertia parte de pascuario & teloneo de ipso pago, cellam sancti Clementis cum Petra alta & terminis suis atque archis. Concedimus etiam præfato Pontifici & suæ sedi villas quas pater noster divæ recordationis Ludovicus Rex condonavit per præceptum, villam scilicet sancte Marie quam alio nomine vocant Fontanetum, & palatis mororum cum suis villares, villarem quem dicunt Vilio, & villarem Murellum, necnon & villam Quarcianum & Falgaroles, cum omnibus adjacentiis & terminis suis, cultis & incultis, necnon & villam quæ vocatur Fons edictus uno nomine, alterum verò Apiliarem, cum propriis videlicet finibus vel adjacentiis, cultis & incultis, quas etiam res, sicut & supra nominatas, æqua conditione & sub defensionis nostræ munimine pariter recipimus. Vineas quoque & terras quas Castellanus Presbyter & parentes eius traxerunt de heremo, libenti animo condonamus sancte Marie & sancto Felici atque rectoribus eius pro remedio animarum parentum nostrorum nostraque facinore. Et villarem Farum cum vineis, ter-

Tom. II.

ris, silvis, & omnibus terminis suis, & plantadium Gondemari Episcopi cum omnibus terminibus & archas suas, & villam quæ est in pago Bisuldunense, & vocatur Bascata, cum suis villaribus & suo termino & archas, & villarem vocantem Spedulias, & aliam villarem qui est infra memoratarum villarum terminos, villas etiam duas quæ vocantur Crespianis & Milliaris, cum tertia parte de pascuario & teloneo de ipso pago, & in pago Petralatense villam quæ vocatur Farus cum omni suo termino, propter infestationes malorum hominum sub nostra tuitione & immunitatis defensione constituissemus. Cujus petitioni annuentes propter amorem Dei memoratam sedem cum superscriptis villis præsentem tempore in jure ejus consentientibus sub nostra tuitione constituisimus, & hanc nostram auctoritatem circa eandem sedem fieri de crevimus, per quam decernimus ut nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciaria potestate major minorque persona in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memoratæ sedis, quas moderno tempore infra ditionem imperii nostri legaliter possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius loci divina pietas augeri voluerit, ad causas iudiciario more audiendas vel discutendas, aut freda exigenda, aut mansionaticos vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos aut homines ipsius Ecclesie contra rationis ordinem distringendos, nec ullas rehibitiones vel illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ supra memorata sunt penitus exigere, aut undecunque modo legaliter vestituram habet abstrahere presumat, sed liceat præfato Episcopo suisque successoribus res prædictæ Ecclesie cum omnibus quæ possidet quieto ordine possidere & nostro fideliter parere imperio & pro nobis ac patribus nostris Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Karolomanni gloriosissimi Regis.

Norbertus Notarius ad vicem Vvlfardi recognovit.

Datum 1 v. Kalendarum Septembrium anno tertio regni Karolomanni gloriosissimi Regis, Indictione quartadecima.

Actum apud Fofianum villam in Dei nomine feliciter. Amen.

CXVII.

Eiusdem Karolomanni præceptum pro Ecclesia Augustodunensi.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Iesu Christi. Karolomannus gratia Dei Rex. Si Ecclesiis Dei eorumque rectoribus opem ferendo consulimus, regio more consuecentes Deum nobis ob id præsentem & futuro seculo propitiari non dubitamus. Quamobrem omnium Dei Ecclesie fidelium atque nostrorum noverit unanimes generalitas quoniam Adalgarius venerabilis Augustodunensium Episcopus innotuit se-

An. 881.
Ex chartulario Ecclesie Augustodunensis.

CCccc ij